

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus i
cum fonte primo

Christus

omnibus omnia factus est:
pauper pauperibus, diues diuitibus, flens
flentibus, esuriens esurientibus, siciens
sicientibus, profluus habundantibus; in
carcere cum paupere est, cum Maria flet,
cum apostolis epulatur, cum Samaritana
sitet, in deserto esurit ut cibus primi
hominis quem preuaricatione
gustauerat, ieiunio Domini solueretur.

Ambrosius super Lucam libro IIII.

Factus est infirmibus infirmus per
corporis passionem, ut lucrifaceret eos,
omnibus postremo omnia factus est,
pauper pauperibus, diues diuitibus, flens
flentibus, esuriens esurientibus, sitiens
sitientibus, profluus abundantibus. In
carcere cum paupere est, cum Maria flet,
cum apostolis epulatur, cum Samaritana
sitet, in deserto esurit, ut cibus primi
hominis, quem preuaricatione
gustauerat, ieiunio domini solueretur.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio
euangelii secundum Lucam*, 4, 6 (CCSL
14, M. Adriaen & P.A. Ballerini eds.,
pp.107-8, ll.71-78).